



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Sessio XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO XXI.

QVAE EST QUINTA.

SVB PIO IV. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XVI.

IVLII, M. D. LXII.

Doctrina de Communionem sub vtraque
specie, & paruulorum.

*S*acrosancta & ecumenica, & generalis Tri-
dentina Synodus, in Spiritu sancto legitime
congregata, presidentibus in ea eisdem Aposto-
licae Sedis Legatis, cum de tremendo, & san-
ctissimo Eucharistiae Sacramento varia di-
uersis in locis errorum monstra & equissimi De-
monis artibus circumferantur, ob quae in non-
nullis prouincijs multi à Catholica Ecclesiae fi-
de, atque obedientia videantur discessisse; cen-
sui, quae ad communionem sub vtraque spe-
cie, & paruulorum pertinent, hoc loco expo-
nenda esse. Quapropter cunctis Christi fidelibus
interdicit, ne post hac de ijs aliter vel credere,
vel docere, vel praedicare audeant, quam est
his decretis explicatum, atque definitum.

Laicos, & Clericos non conficientes, non
astringi iure diuino ad Commu-
nionem sub vtraque
specie.

Itaque sancta ipsa Synodus, à Spiritu sancto,
 qui spiritus est a Sapientie & intellectus,
 spiritus consilij, & pietatis, edocta, atque ipsius
 Ecclesie b iudiciū, & consuetudinem secuta,
 declarat, ac docet, nullo diuino præcepto lai-
 cos, & Clericos non conscientis, obligari ad
 Eucharistiæ Sacramentum sub vtraque specie
 sumendum; neque vlllo pacto, salua fide dubita-
 ri posse, quin illis alterius speciei Communio ad
 salutem sufficiat. nam & etsi Christus Dominus
 in vltima cœna venerabile hoc Sacramentum
 in panis, & vini speciebus instituit, & Aposto-
 lis tradidit: non tamē illa institutio, & tradi-
 tio eò tēdunt, vt omnes Christi fideles statuto
 Domini ad vtramque speciem accipiendam a-
 stringantur. Sed neque ex sermone illo apud To-
 annem sexto, rectè colligitur, vtriusq; speciei
 Communione à Domino præceptam esse, vi-
 eumque iuxta varias sanctorum Patrum, &
 Doctorū interpretationes intelligatur. namq;
 qui dixit, d Nisi manducaueritis carnem filij
 hominis, & biberitis eius sanguinē, non habe-
 bitis vitam in vobis: dixit quoque: e Si quis
 manducauerit ex hoc pane, viuēt in æternum:
 Et qui dixit, f Qui manducat meam carnē, &
 bibit meum sanguinem; habet vitam æternā:
 dixit etiam: g Panis, quem ego dabo, caro mea
 est pro mundi vita. Et deniq; qui dixit, h Qui

a Isai. 11.
 b Concil.
 Constāti-
 en. Sess.
 13. infra
 can. 2.

c Mat. 26.
 Marc. 14.
 Luc. 22.
 1. Cor. 11.

d Ioan. 6.

e Ibidem.

f Ibid.

g Ibid.

h Ibid.

man-

manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo: dixit nihilominus: a Qui manducat hunc panem, viuet in eternum.

a Ibid.

Ecclesiæ potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiæ.

CAPVT II.

PRæterea declarat, hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione, salua illorum substantia, ea staret, vel mutaret, que suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicaret, Id autem Apostolus nõ obscure visus est innuisse, b cum ait: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, atque ipsum quidem hac potestate vsum esse, satis constat, cum in multis alijs, tum in hoc ipso Sacramento, cum ordinatis nonnullis circa eius vsum: c Cetera, inquit, cum venero disponam. Quare agnoscens sancta Mater ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christiane religionis non infrequens vtriusq; speciei vsus fuisset, tamen progressu temporis, latissimè iam mutata illa cõsuetudine, grauib. & iustis causis adducta, hanc cõsuetudinem sub altera specie cõmunicandi d approbauit, & pro lege habendam de-

b I. Co. 4.

I. Cor. 6.

c I. Co. 10.

d Conci.

Constan.

Sess. 13.

creuit

crenit: quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesie
auctoritate pro libitu mutare non licet.

Totum & integrum Christum, ac verum
Sacramentum sub quolibet specie
sumi.

CAPVT III.

Insuper declarat, quamuis Redemptor no-
ster, vt antea dictum est, a in suprema illa
cæna hoc Sacramentum in duabus speciebus
instituerit, & Apostolis tradiderit, tamen fa-
tendum esse, etiam sub altera tantum specie to-
tum, b atque integrum Christum, verūq; Sa-
cramentum sumi: ac propterea, quod ad fructū
attinet, nulla gratia, necessaria ad salutem, eos
defraudari, qui vnam speciem solam accipiūt

Paruulos non obligari ad communio-
nem sacramentalem.

CAPVT IV.

Deniq; eadem sancta Synodus docet, & par-
uulos, vsu rationis carētes, nulla obligari
necessitate ad sacramentalem Eucharistie cō-
munionem: siquidem. per d Baptismi lauacrū
regenerati, & Christo incorporati, adeptam
iam filiorum Dei gratiam in illa etate amit-
tere non possunt, neque ideo tamen damnanda
est antiquitas si eum morem in quibusdam
locis aliquando seruauit, vt enim sanctiss. illi
Patres sui facti probabilem causam pro illius

tent-

a Mat. 26.
Marc. 14.
sup. cap. 1.
1. Cor. 11.

b c: qui
mandu-
cāt. c. qui
inuitat. c.
singuli.
de conf.
dist 2. su-
pra ses. 13.
cap. 3. &
can. 3. de
Sacram.
Euchar.
c infra
can. 4.
d Tit 3.

temporis ratione habuerat: ita certe, eos non
salutis necessitate id fecisse, sine controverſia
credendum est.

DE COMMUNIONE SUB
UTRAQUE SPECIE & PARVULORUM.

CANON I.

Si quis dixerit, a ex Dei precepto, vel ne-
cessitate salutis, omnes & singulos Christi fi-
deles utramque speciem sanctissimi Euchari-
stie Sacramenti sumere debere: anathema sit.

a Concil
Cōstant.
Sess. 23.

CANON II.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam b Catho-
licam non iustis causis, & rationibus adductā
fuisse, ut laicos, atque etiam Clericos non con-
ficiētes, sub panis tantummodo specie com-
municaret; aut in eo errasse: anathema sit.

b sup. c. 1.
& Conc.
Cōstant.
de com.
loco.

CANON III.

Si quis negaverit tñ, c & integrum Chr-
stum, omnium gratiarum fontem, & auctore,
sub vna specie panis sumi, quia, ut quidē falso
asserunt, non secundū ipsius Christi cōstitutio-
nem sub utraque specie sumatur: anathema sit.

c sup. c. 3.
& Sess. 13.
c. 3. & cā. 3.
Conc. Cō
stant. Sess.
13.

CANON IV.

Si quis dixerit, d parvulis, antequam ad an-
nos discretionis pervenerint, necessariam esse
Eucharistie communionem: anathema sit.

d supr. in
prin. &
cap. 4.
e Sess. 22.
in decret.

Duos verò articulos, e aliās propositos, nō-
dum tamen excussos, videlicet: An rationes,
qui-

qui-

quib. sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub una tantum panis specie, ita sint retinenda, ut nulla ratione Calicis usus cuiquam sit permittendus: & An, si honestis & Christiane caritati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno Calicis usus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit; & quatenus sint ille: Eadem sancta Synodus, a in aliud tempus, oblata sibi quamprimum occasione, examinandos, atque definiendos reservat.

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosancta, & ecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, presidentibus in eisdem Apostolica Sedis Legatis, ad Dei omnipotentis laudem, & sancte Ecclesie ornamentum, ea, quae sequuntur, de reformationis negotio in presenti statuenda esse censuit.

CAPVT I.

Quoniam ab ecclesiastico ordine omnis auaritie suspicio abesse debet; nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonsurae, nec pro litteris dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quaque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alij Ordinum collatores, aut eorum ministri quouis praetextu accipiant. Notarij vero in iis

a infra
Sess. 12.
in fin.
b Vide 2.
Concil.
Late. c. 3.
Concil.
Chalced.
actione

15. cap. 2.
Cōc. Brac
caren. 1.
c. p. 3.
Con. Au
relian. 2.
cap. 3.
Cōc. To-
let. 8. can.
3 c sicut
Episcopū
1. q. & c. 1.
de simo.
de quib.
Mileuit.
Concil.
6. 14.

tum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissorijs, aut testimonialibus, decimam tantum unius aurei partem accipere possunt; dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo: nec Episcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eisdem Ordinum collationibus directe, vel indirecte provenire possit. tunc enim gratis operam suam eos prestare omnino teneri decernit: contrarias taxas ac statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles, quarumcumque locorum, que potius abusus, & corruptele, simoniace prauitatis fauentes, nuncupari possunt, penitus cassando, & interdicens: & qui secus fecerint, tam dantes, quam accipientes, ultra diuinam ultionem, a pœnas à iure inflictas ipso facto incurrant.

2. Bracca.
c. 3.

CAPVT II.

Cum non deceat eos, qui diuino ministerio ascripti sunt, cum ordinis dedecore b. mēdicare, aut sordidum aliquem questum exercere; compertumque sit, complures plerisque in locis ad sacros Ordines nullo ferè delectu admitti; qui varijs artibus ac fallacijs confingunt, se beneficium ecclesiasticum aut etiã idoneas facultates obtinere: Statuit sancta Synodus, ne quis deinceps Clericus secularis, quamuis aliàs sit idoneus moribus, sciētia & etate, ad sacros Ordines promoueat, nisi prius legitime con-

b c Diaco
ni sunt
cir. med.
93. dist.

stet,

stet, eum beneficium ecclesiasticū, quod sibi ad
victum honeste sufficiat, pacifice possidere. Id
verò beneficium resignare non possit, nisi facta
mentionem, quod ad illius beneficii titulum sit p-
motus, neq; ea resignatio admittatur, nisi cō-
stituto, quod aliunde viuere cōmodè possit: &
aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium
verò, vel pensionem obtinentes ordinari possi-
hac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudica-
uerit assumendos pro necessitate, vel commo-

a c. nemi-
nem.

b & c. sa-
ctorū 70.

dist. c. cū
secundū

de præb.
& c. si E-

piscopus
de præb.

in 6. c. fi.
de rescr.

in 6.
c. Vide cō-

stitutionē
Alexan-

dri in
Conc. La

tera. par.
.c. 5.

d inf. ses.
1. de ref.

c. 3.

ditate Ecclesiarum suarum : eo quoque prius
perspecto, patrimonium illud, vel pensionem
verè ab eis obtineri, taliaque esse, que eis ad
vitam sustentandam satis sint: atq; illa deinceps
sine licentia Episcopi alionari, aut extin-
gui, vel remitti nullatenus possint; donec bene-
ficio ecclesiasticū sufficiens statui adepti, vel
aliunde habeant, a vnde viuere possint: b an-
tiquorum canonum pœnas super his innovan-
do.

CAPVT III.

Cum beneficia ad diuinum cultum, atque
ecclesiastica munia obeunda sint constitu-
ta, ne qua in parte minuatur diuinus cultus,
sed ei debitū omnibus in rebus obsequiū præ-
stetur, statuit sancta Synodus, in Ecclesijs, si-
cathedralibus, quàm collegiatis, in quibus mul-
te sunt distributiones quotidianæ, vel itate-
nues, vt verisimiliter negligantur, tertiã parti-
fructuum, & quorumcumque prouentuum, &

obuentuum, tam dignitatum, quā canonicatum, personatum, portionum, & officiorū, separari debere, & in distributiones quotidianas conuerti, quae inter dignitates obtinentes, & ceteros diuinis intercessentes, proportionabiliter iuxta diuisionem ab Episcopo, etiā tanquam Apost. Sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, diuidantur: saluis tamen consuetudinibus earum ecclesiarū, in quibus non residentes, seu non seruientes nihil vel minus tertia parte percipiunt: nō obstantibus exemptionibus, ac alijs cōsuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuscumque. Crescenteque non seruientium contumacia, liceat contra eos procedere, iuxta iuris a sacrorum canonum dispositionem.

a infra
Ses. 23 de
refor. c. 1.

CAPVT IV.

Episcope, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati, in omnibus ecclesijs parochialibus vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut vnus Rector non possit sufficere ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo: cogāt Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot sacerdotes ad hoc munus adiungere, quod sufficiāt ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum. In ijs verò, in quib. ob locorum distantiam, siue difficultatem parochiani sine

b c. & tē-
poris 16.
q. . & c.
fin. de Ec-
cle. adif.

magno

a c. ad au-
dientiam
de Eccl.
edif. in
decret.
lib. 3. tit.
43.

Vide post
finem hu-
ius libri.

b c. sicut
vnire de
excess.
prælator.
Concil.
Late. sub
Leo. 10.
Sess. 9. de
refor. cu-
riæ, & in-
fra Sess.
24. ca. 13.
Vide Sess.
14. cap. 9.

magno incommodo ad percipiēda sacramenta
& diuina officia audienda accedere nō possint
nouas parochias, etiā inuitis Rectoribus, iux-
ta formam constitutionis Alexandri III. que
incipit, a Ad audientiam, constituere possint
illis autem sacerdotibus, qui de nouo erunt ec-
clesijs nouiter erectis præficiēdi, competēs af-
signetur portio arbitrio Episcopi ex fructib. ac
ecclesiam matricem quomodocumq; pertinē-
tibus: & si necesse fuerit, compellere possit po-
pulum ea subministrare, quæ sufficiāt ad vti-
dictorum sacerdotum sustentandā: quacumq;
reseruatione generali, vel speciali, vel affe-
ctione, super dictis ecclesijs, non obstantibus.
Neq; huiusmodi ordinationes, & erectiones
possint tolli, nec impediri, ex quibuscumq; pro-
uisionibus etiam vigore resignationis, ac
quibusuis alijs derogationibus vel suspensioni-
bus.

CAPVT V.

VT etiam ecclesiarum status, vbi sacra
Deo officia ministrantur, ex dignitate
conseruetur; possint Episcopi, etiam tanquam
Apostolica Sedis delegati, iuxta formā iuris
sine tamen præiudicio obtinentiū, facere bene-
ficia perpetuas quarumcumq; ecclesiarum
parochialium, & baptismalium, & aliorum be-
neficiorum, curatorū, vel non curatorū, cū ca-
ratis, propter earum paupertatē, & in ceteris
casib. à iure permisis, et si dictæ ecclesia, ve-

bene-

beneficia essent generaliter, vel specialiter re-
 seruata, aut qualitercūq; affecta c. que vnio-
 nes etiam non possint reuocari, nec quoquo mo-
 do infringi vigore cuiuscumq; prouisionis, etiā
 ex causa resignationis, aut derogationis, aut
 suspensionis.

c. c. vnio
 in fi. 10. q.
 3. c. & tem
 poris cū
 seq. 6. q. 1

CAPVT VI.

Quia illiterati, b. & imperiti Parochialiū
 Ecclesiarū Rectores sacris minus apti sunt
 officijs, & alij propter eorum vitæ turpitudi-
 nem potius destruunt, quàm edificant, Episco-
 pi etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati,
 eisdē illiteratis, & imperitis, si aliās honestæ
 vitæ sint, Coadiutores, aut Vicarios pro tem-
 pore deputare, partemq; fructuum eisdem pro
 sufficiēti victu assignare, vel aliter prouidere
 possint; quacunq; appellatione, & exemptione
 remota c. Eos verò, qui turpiter & scandalo-
 se viuunt, postquam premoniti fuerint, coer-
 ceant, ac castigēt; & si adhuc incorrigibiles in
 sua nequitia perseuerent, eos beneficijs, iuxta
 sacrorum d. canonum constitutiones, exem-
 ptione & appellatione quacumque remota, pri-
 uandi facultatem habeant.

b. c. illite-
 ratos. 36.
 dist. c. nisi
 cum pri-
 dem de
 renunc. c.
 3. 38. di. c.
 cū ex eo.
 de elect.
 in 6. Cōc.
 Tolet. 3.
 can. 8.
 c. c. quia
 frater 7.
 q. 1.

d. c. inuē-
 tum 6. q.
 1. c. feli-
 cis de pœ.
 in 6. &
 Clem.
 multorū.
 de pœn.

CAPVT VII.

Cum illud quoque valdè curandum sit, ne
 ea, que sacris ministerijs dedicata sunt,
 temporum iniuria obsolescāt, & ex hominum

memoria excidant; Episcopi, etiam tamquam
Apostolicæ Sedis delegati, trāsferre possint be-
neficia simplicia, etiam iuris patronatus, ex ec-
clesijs, quæ vetustate, vel aliàs collapsæ sint, &
ob eorum inopiam nequeāt instaurari, vocatis
ijs, quorum interest in matrices, aut alias ec-
clesias locorum eorundem, seu viciniorum, a
bitrio suo, atque in eisdem Ecclesijs erigant al-
taria vel capellas sub eisdem inuocationibus:
vel in iam erecta altaria, vel capellas trāsfe-

a c. r. & c. rant cum omnibus emolumentis, & oneribus,
pœnit. de prioribus ecclesijs impositis a Parochiales ve-
eccl. edif. rō ecclesias, etiā si iure patronatus sint, ita col-
vel repar. lapsas refici & instaurari procurrent ex fructi-
infr. ca. r. bus, & prouentibus quibuscunque ad easdem ec-
& supr. clesias quomodocunque pertinentibus: qui si
Sess. 7. c. 8. non fuerint sufficientes, omnes patronos, & al-
de ref. lios, qui fructus aliquos ex dictis ecclesijs pro-
uenientes percipiunt, aut, in illorum defectum,
parochianos omnibus remedijs opportunis ad
prædicta cogant quacunque appellatione, ex-
emptione & contradictione remota. Quod si
nimia egestate omnes laborēt: ad matrices seu
viciniores ecclesias transferantur, cum facili-
tate tam dictas parochiales, quam alias eccle-
sias dirutas, in profanos vsus, non sordid-
os, erecta tamen ibi Cruce,
conuertendi.

CAPVT VIII.

Quicumque in diœcesi ad Dei cultum spe-
 ctant, ab Ordinario diligenter curari, atq;
 ijs, vbi oportet, provideri equum est, propterea
 commēdata monasteria, etiam Abbatiæ, Prio-
 ratus, & Preposituræ nuncupatæ, in quib non
 viget regularis obseruantia; nec non beneficia
 tam curata, quàm non curata, secularia, et re-
 gularia, qualitercunq; cōmendata etiã exem-
 pta, ab Episcopis, etiã tanquam Apostolicæ Se-
 dis delegatis, annis singulis a visitentur, curēt-
 que ijdem Episcopi congruentib remedijs, et-
 iam per sequestrationem fructuū, vt q̄ reno-
 uatione indigēt, aut restauracione, reficiātur:
 & cura animarū, si qua illis vel eorum anne-
 xis immineat, aliq; debita obsequia rectè ex-
 erceantur; appellacionib. quibuscunq; pri-
 uilegijs, consuetudinibus, etiam immemorabi-
 li tempore prescriptis, conseruatorijs, iudicium
 deputationibus, & earum inhibitionibus non
 obstantibus, & si in eis vigeret obseruantia
 Regularis, provideant Episcopi paternis ad-
 monitionibus, vt eorum Regularium Superio-
 res iuxta eorum Regularia instituta debitam
 viuendirationem obseruent, & obseruari fa-
 ciant, & sibi subditos in officio contineant, ac
 moderētur. Quod si admoniti, intra sex mēses
 eos non vistorauerint, vel correxerint; tunc ij-
 dem Episcopi, etiã vt delegati Sedis Apostol

a sup. Sess.
 7. de ref.
 cap. 8. &
 infr. Sess.
 24. cap. 9.
 & Sess.
 vlt. de re-
 gul. c. 20.
 Concil.
 Larracō.
 cap. 8. &
 Concil.
 Braccarē.
 cap. 1.

eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi Superiores possent, iuxta eorum instituta, quibuscumque appellationibus, priuilegijs, & exemptionibus penitus remotis, & non obstantibus.

CAPVT IX.

a Conc.
Lateran. c.
62. sub
Inno. 3. c.
cum ex
co. de pe.
& remis.
Clemen.
abusioni-
bus eod.
tit. & inf.
sess. vlt.
in decre-
to de 11.
dulgenc.
& supra
sess. 5. c. 2.

Cum multa à diuersis antea a Concilijs, tam Lateranensi, ac Lugdunensi, quàm Viennensi, aduersus prauos elemosynarum Quæstorum abusus remedia tunc adhibita, posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia; potiusq; eorū malitia ita quotidie magno fidelium omnium scandalo, & querela excrescere deprehendatur, vt de eorum emendatione nulla spes amplius relicta videatur: statuit, vt post hac in quibuscumque Christiane religionis locis eorum nomen, atq; vsus penitus aboleatur, nullus ad officū huiusmodi exercendū ullatenus nec admittatur, non obstantibus priuilegijs, ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, pijs locis, et quibusuis, cuiuscumq; gradus, status, & dignitatis personis, concessis, aut cōsuetudinibus et immemorabilibus. Indulgētias verò, aut alia spiritalia gratias, quib. non ideo Christi fideles decet priuari, deinceps per Ordinarios locorum, adhibitis duob. de Capitulo, debitis temporibus populo publicādas esse decernit, quib. etiam elemosynas, atque oblata sibi caritatis subsidia, nulla prors⁹ mercede accepta fideliter colligendi facultas datur: vt tandē cælestes hos

Eccle-

VIGESIMA SECVNDA. 197

Ecclesiæ thesauros non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri, non verè intelligant.

Indictio futuræ Sessionis.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, presidentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, statuit, & decrevit, proximam futuram Sessionem habendam & celebrandam esse feria quinta, post octavam festi Natiuitatis beatæ Mariæ virginis, que erit 17. mensis Septembris, proximè futuri: Hoc tamen adiecto, quod dictum terminum, ac vnicuiq; Session. in posterum præfigendum, ipsa sancta Synodus pro eius arbitrio, & voluntate, sicuti rebus Concilij putarit expedire, etiam in generali Congregatione, restringere, & prorogare liberè possit, & valeat.

SESSIO XXII.

QVAE EST SEXTA,

SVBIVLIO IV. PONT. MAX.
CELEBRATA DIE XVII.
SEPT. M. D. LXII.

Doctrina de sacrificio Missæ.

Sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, presidentibus in ea eisdem